

DISSE^{רָאשָׁה}TATIO,

ÅNE^{אַנְתָּה}EPEYNHTA
MISERICORDIÆ
DIVINÆ,
^{IN}
REMISSIONE
PECCATORUM,

ADTINGENS,

EX OCCASIONE DICTI JES. I: 18.

CUJUS PARTEM I.

VENIA AMPL. IN REG. ACAD. ABOENS. FAC. PHIL.

Publicæ censuræ modestæ submittunt

AUCTOR

MICHAËL AVELLAN,

PHILOS. MAG. ET DOC. AD REG. ACAD. ABOENS.

ET

RESPONDENS

JOHANNES NUMMELIN, Andr. Fil.

AUSTRO - FINLANDUS.

IN AUDIT. MAJ. DIE XIV. APRIL. MDCCCLXIV.

H. A. M. C.

ABOÆ, Impresit JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

M? ἐμοὶ τῷ Καῦσα τοι λέγοντι ἀπλῶς παῖδες οὓς εἶπεν τῇ
ἀπίστεξιν τῷ κατηγορούμενον, ἀπὸ τῶν δέκαν μὴ λαθεῖς
χραφᾶς. Cyrillus Hierosolymitanus.

וְמִשְׁעָן

§. I.

Indubium sane est, quod suo jam tempore, docuerat Græcorum Orator Isocrates, μεγιστὸν ἐν ἡλαχίστῳ εἶναι τὴν ἀρεθὸν ἐν αὐθεόπει σώματι. Illam proinde φρεγήσως ἀσκοῦ, quam eam ob eaussam, simul inculcat, (a) necessariam valde esse, quisque connatæ nostræ labis memor, haud difficulter intelliget. Hæc vero, qua institui potissimum debeat ratione, qui busque mediantibus disciplinis, una fortassis, eademque, omnium non erit sententia. Vastus est ille, scientiarum campus, in quem exspatiari, homini, luce divinitus sibi concessa, rite utenti, datum est. Occurrunt in hoc, non certe unum vel alterum, sed innumera prorsus objecta, & totidem quoque rationem nostram, obscuratam, poliendi, sapienti-

A

amque

amque adaugendi, adminicula. Horum autem quodlibet, eodem loco habendum, ut vix ausim dicere; ita de diversis, quæ eruditis innotuere, scientiis, hoc respectu in primis, diversimode sentiendum opinor. Nunquam tamen, quam juxta penitatis, sacra, & profana, hominum cognitione, erit hæc diversitas, magis conspicua. Harum etenim utraque, quantum ad veram, quæ rite προφετεῖον docet τὸ οὐμέλεγχον, valeat sapientiam, atque prudentiam, si perpenderimus; tantum omnino præ hac, erit tribuendum illi, ut cum maximis, minima conferri, haud e longinquo cuique adpareat. Recte namque sapientes Judæorum, dicentes: תורתה שחרם הסד (לטרכ) - בعلوم הזה הבל יפנוי תורתו של משיחת (b). Hæc licet evicta adeo sit veritas, ut nemo, nisi qui μητὶ τὸν, μητὶ γεγμωσα, eam in dubium vocare posse videatur; fuere tamen nihilominus, qui diversas de ea foverunt sententias. Ignotum scil. inter eruditos non est, motam esse, a multis jam retro temporibus, illam quæstionem: utrum homini Christiano, profanorum licita sit lectio? Circa hanc, fieri ut plerumque solet, idem omnibus non placuit. Quidam etenimi, omnem profanam eruditionem, eliminandam censuerunt. Sic constat Gregorium, Nazianzeni Antistitem observasse, quod ea infederit nonnullorum mentibus opinio, externas disciplinas, a DEO, & vera sapientia, abducere homines, & hanc ob causam, τὴν ἡράκλινην οὐφίαν ab iis fuisse repudiatam; οὐς ἐπίθελον inquit, καὶ στρατεύειν, τῷ Θεῷ πίστεων βασιλευον διαπίστων. (c). Hierony-

ronymum quoque constat, ab adversariis suis, inter alia, eam ob caussam, probro fuisse adfectum, quod ecclesiasticis libris, ethnicorum admiseret litteras, id quod vel ex ipsius cum Rufino disceptationibus, satis colligi potest; ut de somnio isto, quo ab Angelo percussum traditur, admonitusque, ne dein humanas amplectetur litteras, jam non dicam. (d). Inter acerrimos hujus sententiæ propugnatores, est Auctor constitutionum Apostolicarum, qui Clemens, Antistes Romanus, Sec. jam 1. illustre, inter scriptores nomen consecutus, a nonnullis, esse tradebatur. (e). Is enim, ab omnibus libris profanis, abstineri voluit, eos a Diabolo ortos statuens. Nec non Julianus Apostata, qui omnes scriptores ethnicos, exilio multavit, & ne scripta Philosophorum, in seholis Christianorum legerentur, mandato edixit. Et Gregorius Magnus, qui omnes libros Titi Livii, comburi fecisse dicitur, quod multa ibi, de superstitionibus idolorum, narrarentur. (f). Huc procul dubio, referri quoque potest, Cornelius ille Agrippa, qui, de quibus loquimur, scriptoribus, ob nefanda vitiorum exempla, longum vale dicendum voluit. Huic adjungendi Anabaptistæ, quos jure hic locum tueri, praeter testimonium Siedani, (g) vel ex primario illorum, ceu credere fas est, dogmate, quo veram ecclesiam, visibilem puta, non nisi ex piis, & sanctis constitire docent, concludi posse videtur. Idem sentiendum de Weigelianis, Paracelsistis, Enthusiastis, aliisque זענוני qui divino se adflatu tactos,

falso persuasi, Philosophiaeque & bonarum artium, male sancto contemtui, dediti, ipsam quoque Scripturam Sacram insufficientem esse, veræ sapientiae, crepitant, sua ex adverso somnia, & imaginaciones, pro divinis revelationibus, venditantes. His quidem sese obposuerunt alii, sed ad alterum prolapsi extremum, eam, quæ longe pejor censenda est, adoptarunt sententiam, ingeniosis & studiis profanis, plus justo, tribuentes, obscenisque fabulis, & Philosophorum commentis, potius vacantes, quam scriptis quæ immortalitatem beatæ vitæ nobis promittunt, viamque ad eam perveniendi, dilucide fatis exponunt. Huc pertinent Angelopolitanus, Canonicus quidam Florentinus, Petrus Bembus Cardinalis, Scioppius, & alia istiusmodi nomina, quibus ethnicorum virtutes factaque, & litteras seculares placuisse, imo in deliciis fuisse, divinas vero, Christianamque religionem, nauseam movisse, traditur. (b). His absimiles, neque sunt Sociniani, Arminiani, Pelagiani, illique omnes, qui naturæ & rationi, plus quam decet, tribuunt, auctoritatique S. S. eam ecclesiæ subjiciendo, quosdam ab ejus lectione arcendo, perfectionemque ejus hinc, ac sufficientiam, in dubium vocando, detrahunt. (i) Prætereundi autem minime, hoc loco sunt Doctores, qui dicuntur Scholastici, Thomistæ illi ἀριστοτελεῖ, qui Aristotelica sacris miscentes, Theologiam inutili curiositate fœdarunt. Hi certe φιλοσοφούχοθέλογοι, omnibus veræ sapientiae studiosis, male audiunt. Divinam enim atque salutarem illam, ita

ita deformarunt scientiam, variisque obruerunt terminis, ut ceu dudum conquesti sunt, meliora vi- dentes, vix imago ejus vera remanserit. Ex Pa- tribus, ut cœteros jam taceam, Gregorius, cuius supra mentionem injecimus, atque Augustinus quo- que, huc non forte immerito, referri poterit. (k) Mediām vero inter hæc duo extrema, tenuerunt viam, viri alii, de re litteraria præclare meriti. Hi quemadmodum sanæ Philosophiæ, veritatibusque ejus ope cognitis, suum statuere norunt pretium; ita ex adverso, sedulo cavendum dicunt, ne S:ræ S:ræ dignitati & majestati, quidquam detrahatur, ejusque scrutinium ullenus negligatur, eam mo- nentes esse ejus, velut in exhaustæ venæ fœcundita- tem, ut semper eruatur aliquid, nec desit unquam, quod scruteris. Profanis vero scriptis, cum Augu- stino, meliora jam tum edocto, uti nos potius, quam frui jubent. Et hæc quidem sententia, firmo sa- tis quin gaudeat fundamento, nullum est dubium. Profana etenim atque Philosophica scripta, quam- diu rectæ rationi, nihil tradunt contrarii, neque S. S. repugnare possunt. Traduntur in hisce, mul- ta fæpe, sana atque utilia. Hæc a Diabolo excogitata, quis audeat dicere? Si quæ autem, aliter fuerint dicta, ea vitanda, non vero imitanda, pru- dens, facile novit lector. (l). Quid multis? Ipsi sacri Amanuenses, suo quod diximus, exemplo, probatum dederunt. Moses ἐν πνεῳ αὐθικαὶ μηδενὶς legitur. (m). De Daniele Propheta dici- tur, quod fuerit, בְּכָל חַכָּתָה מִשְׁבֵּח (n). Paulus

gentium præco, quem ex generali Strabonis, de
 Tharsensibus testimonio, in Philosophia fuisse ver-
 satum concludunt, Arati Poëtæ, decantissimo he-
 mistichio, usus est, dum in concione sua, in Are-
 opago, Atheniensis, de DEO Optimo Maximo, in-
 struxit. (o). Idem Apolitus, in Epistola sua 1. Cor.
 XV: 33. senarium Menandricam, Φθέρων ἡη χενος
 οὐλαια καρδια, citare haudquaquam gravatus est. (p)
 Ex quibus omnino patet, profanorum neque lectio-
 nem, dummodo caute instituatur, veræ inimicam
 non esse sapientiæ. Frustra tamen, in rivulis his
 turbidis, tota, quæritur. Ad veram & perennem,
 quicunque cupias pervenire sapientiam, vel φρίνον,
 e profundissimo S. Codicis ταυτια, eam erutandam
 scias. Tum vero non profano animo, sed pio at-
 que devoto, accedas oportet. Ανθοις πόσιν, hic certe
 non decet ανθαλει. Ascendendum vero ad Patrem
 luminum, precibus ardentibus, a quo omne do-
 num perfectum. Tum demum, videre poteris
 נפלאנת in lege ejus. (q). Quia enim hæc sunt
 υπερ νύν, nemo ex se, suisque viribus naturalibus, ac
 toto eruditionis apparatu amplissimo, mentem D:ni
 adsequi potest, nisi lux supra cœlestis, dissipaverit
 tenebras, sive naturales, sive negligentia, aut præoccu-
 patione adtractas. (r) Hæc quum ita sint; de cœlo ad
 Synagogam, memet non videor demissile, dum iam
 prælucente, eadem divina Scriptura, d: infinita atq;
 i aperscrutabilis D. O. M. erga peccatores misericordia,
 Jesaiam διαπεισούεντι potissimum secutus, pauca
 hic tradere conor. Pro nostris opibus, mœnia effi-
 ci-

cimus. Tuum erit B. L. μεγαλεῖα τὸς Θεοῦ, una nobiscum venerari, & quæ minus forte, adposite dicta fuerint, mitiori perstringure censura. Si vero cuiquam, quæ hic adferuntur, antea ab aliis dicta, nimis jam sâpe obcurrere videantur, is se eorum esse sciat ex numero, quibus hæc nunquam satis inculcari possunt. Nos cum Clemente Alexandrino, (s) τῷ ἐπιστόθαι ἐπέργας δοκιμασθέσιν ἥδη, καὶ των ἡλεκτρικῶν, σχειστον ducimus, περὶ τῆς αλεξίας τὴν γόνην, καὶ τὴν καλαπάζιν τὰν ἐνθλῶν.

- (a) In Orat. Adhortat. ad Demonicum. (b) Medrasch Koheler, Fol. 265. 3 cfr. Cl. Andreæ Norrelii, Sched. Utâgre utwalde bewis, tagne utur Sobar n. (c) cfr. Sancti Greg. Nazianzeni, cognomento Theologi, opera, latine edita Antverp. MDCXII. p. 121. & Joh. Contr. Dieterici, Proleg. ad antiquitates Biblicas. (d) Vid. Rambachii Inst. Herm. Sacrae, Lib. III. C. VII. (e) Joh. Laur. Mosheimii, Inst. Hist. Ecclesiast. p. 50. 127. (f) Joh. Contr. Diet. Proleg. modo cit. (g) De Stat. Relig. Libr. X. p. 153. apud Rambachium. (h) Vid. præter Auctores nuper n. min. Cel. Nic. Wallerii Prænot. Theolog. (i) De his agit Cel. Joan Franciscus Buddeus, in Instit. Thnol Dogm. Lib. I. C. II. (k) cfr. Mosheimii Inst. Hist. Eccl. p. 164. 165. & Oratio, de vita Divi Augustini, habita in Academia Vittebergensi, a Joanne Saxone Holsatiensi, cum iterum, decerneret quibusdam honestis & eruditis juvenibus, Magisterii, titulum. (l) Præclare in hanc rem loquitur, Grægor. Nyssenus, in mystica interpr. vitæ Mosis. p. 193. hunc in modum ēst γαρ πᾶς τῆς Φιλοσοφίας, γονής

εν μαθήμασιν εργάζοδης περὶ ἀκεβύστων οὐ περιλαμβάνειν
 ΤΟΥ, τῆς ιστορικῆς ἐντείλας εσὶ τὸ λειπόμενον κτλ. Ma-
 gistrus Judæorum nobis adsentiri, videri potest vel ex
 Lib. פָּרָשָׁת תְּרוּמָה cuius Auctor est, R. Schem. Thob-
 bar Joseph ben Phalkiræ, Teste Buxtorf. in Bibl. Rabbin.
 p. 22. (m) Act. VII. 22. (n) Dan. I: 4. (o) Act. XVIII: 28.
 Arndts Sanna Christend. L. I. C. 7. Cel. Nic. Wal-
 lerii Prænot. P. I. Sect. Pol. Cap. V. §. 223. (p)
 Erasmi Roterodami, Adag. Epit. p. 125. sub tit. Contra-
 gio morum. In Epistola sua ad Tit. Cap. I. 12. Utus
 quoque est Epimenidis Cretensis versiculo. Cfr. Orat.
 de vita divi Ambrosii, habit. a Magistro Marcello, A:o
 MDXLI. Quæ in contrariam, de Philosophia hic ad-
 ferri solent, facile omnino solvi possunt. Id vero in-
 primis notandum, quod dictum Apost. Col. II: 8. ne
 de abusu quidem Philosophiæ explicari debere, probet
 Jo. Affelmannus, in Syntagm. exercitat. Acad. P. I. D.
 I. §. III. (q) Pl. 119: 18. 33. 34. (r) Cfr. Jo. Hen-
 rici Maji, Introduct. ad Studium Philologicum, Cri-
 ticum & Exegeticum. Cap. VI. (s) Lib. I. Strom. p.
 271. cfr. Jo. Henrici Maji, Praefatio ad Repetit. Exa-
 men Hist. Crit. Text. Novi Testam. a P. Richard. Si-
 monio, in Gallia vulgata.

§. II.

Jesajas divinus vates, quo duce nostrum, jam
 adgredimur propositum, Siracide teste, (a) non
 solum, πνύματι μεγάλῳ εἶδε, τῷ ἑσχατῇ atque εἰς διώ-
 ΤΟΥ ὑπέβαξε τῷ ἵστημα, καὶ τῷ ἀποκεύθᾳ, πειθῇ τοῦ γενέ-
 σθαι σὺντο; verum etiam quam fæpissime, pro ea, qua
 erat

erat armatus , divina loquendi efficacia , zeloque ;
 ita παρεκάλεσε τὸν παθόγονον ἐν Σιών , ut multis , non
 tam Propheta sit , quam Evangelista , dictus . Sum-
 ma enim id egit fide , ut per veram pœnitentiam , ad
 fidem in Christum , & sic in viam æternæ salutis ,
 revocarentur peccatores . Et hoc ita quidem fese
 habere , vel ex dicto , ipsius Cap . I : 18 . quod jam
 nostræ qualicunque subjicimus meditationi , satis
 adparet superque . Ab initio enim mox vaticinii
 sui , quum cœlum & terram obtestatus , eloquen-
 tissime , & prouti solet , divina cum gravitate , verba
 faciens , corruptam , gentis fidem , & vitam , esset
 adgressus ; comparationeque inter illam , ac boves
 & asinos , quibus vix est stupidius , instituta , pec-
 catores ad feriam pœnitentiam , adhortatus ; mox
 illis monstrat divinam clementiam , eam tantam o-
 mnino esse docens , ut maxima etiam quævis pec-
 cata , remittantur , si modo , quo decet ordine , ad
 hanc configuant miseri mortales . Verba ejus in
 textu originali hæc sunt : לכו נא ונוכחה יאמר
 יהוה אָה וְהוּ חֲטָאתֵיכם כִּשְׁנִים כְּשַׁלֹּג לִבְנֵי נָסָר ; Major vero , an in ullo
 sermone esse potest emphasis ? Annon talis est hic ,
 dulcedo & elegantia , rerumque tam vividæ im-
 agines , ut contritum & submissum animum , in ob-
 sequium fidei non flectant modo , sed trahant jux-
 ta , & quasi rapiant ? Adfectum certe Prophetæ , si
 quis penitus hic posset introspicere , in singulis ,
 quod de effatis ejus , docet Lutherus , (b) omnino
 verbis , caminos ignis , & vehementissimos videret

ardores. Nos, ut quæ hie proponantur, eo magis
arimo percipiamus, vocabula, in quibus cardo po-
tissimum rei vertitur, ex principiis philologicis, in
anteclsum, explicabimus paucis. Intellectis enim,
atque vindicatis prius vocibus, clarior evadet, quæ
iis connectitur periodus, sensusque indigitatus, tu-
demum optime perspectietur.

(a) Cap. XLVIII. 24. 25. (b) Tom. III. Jen. Lat. efr.
Jo. Heinr. Michaelis in Jes. Prophet. Praefat. §. VIII.

§. III.

Inter illa; quæ diximus vocabula, potissima
quidem est habenda ratio, quatuor illorum nomi-
num, כְּשַׁנִּים כְּשָׁלֹג כְּחֻלָּע כְּצָמָר & יְאַרְוָמִי וְלְבִינוֹ quibus prædicata
propositionum, hic obviarum, exprimuntur, & ex-
plicantur, immutatioque illa חַטָּאת, usque
adeo efficaciter, ut nihil supra depingitur. Tria
autem antecedentia, נָכָח חַטָּאת לְכוּ, quum eodem,
ab eruditis omnibus, non explicentur modo; ordinis
habentes rationem, nonnulla quoque de iis, obser-
vabimus. Reliqua, quæ nihil prorsus habent difficul-
tatis, siccō, quod ajunt, transimuspede. Primum
itaque omnium לְכוּ quod adtinet, esse illud adparet,
in imperat. Kal, a verbo יְלַעֲן quod est uolum co-
rum,

rum, quæ נְחִים adpellantur, (e) & quoniam in futuro habet וְquiесcent implicite in zere, & terminatur quoque in zere; patitur etjam in imperativo aphæresin primæ radicalis, & accedente asformante asyllaba, quæ accentum dedit, zere in Schva, mutatur. (b) Significat itaque vi vocis, *venite, accedite*; nam יְלַל pariter, ac cognatum הַלְלַת *eundi, accedendi, abeundi*, &c. significationem habet. (c) Hoc vero loco, vulgaris hic significatus, non incommodo omitti posse videtur, ita nim. ut pro מִלְתַּת הַזְּרוּן, excitandi & adhortandi particula, hæc vox sumatur, idemque valeat, ac latinorum, *agite*; id quod & textui, & sequenti vocalæ אַ, est convenientius, (d) & alibi quoque in S. S. usitatum. (e) Consentientem habemus, præter alios, R. שלמה ז' מלך, qui ad hunc locum ita habet: לְכָה נָא אַיִן עֲנֵינוּ הַלִּיכָה כִּי אַנְתָּךְ נָא גְּשִׁין וְאַתָּה הַזְּמָנָה וְכֵן לְכָה וְנַחֲשָׁבָה עַל גְּזַרְתֶּךָ לְכָה נָא אַגְּטָה בְּשְׁמַחַת (f) nec non Cl. Danzium, qui in suo *interp.* (g) inter ea, quæ hortantis vicem regulariter sustinent, nostrum לְכָה refert, & in notis hunc nostrum locum, præcise quoque adlegat.

(e) Diferimen verborum imperfectiorum in פְּנִים & אַסְרוֹם & סְפִּירָה, & quiescentia, his exponit, in suo defictiva, & quiescentia, his exponit, in suo Elies Levita: כְּשִׁימָא רְגַשׁ בְּמִקְוָתָה אֶת הַאֲוֹת הַחֲסִירָה אוֹ נִקְרָאת הַמְלָה הַהִיא מְחוֹסְרוֹם וּכְשִׁתְבָּא אֲחֵת מִתְּהִגְרוּתָה הַגּוֹלוֹת בְּמִקְוָתָה נִקְרָאת הַמְלָה חַהְיָא B 2

חָהִיא תְּנַחְיִת Cfr. Henr. Benedicti Starckii,
Hypomnemata ad Grammat. Hebr. Cap. IX. (b) Cfr.
prater alios, Jac. Alting. טָשׁוֹן הַקּוֹרֵשׁ — לְשׁוֹן הַבְּצִיר שֶׁל סְפָרָה Fundamenta, punctuationis linguae Sanctae, §. 175.
151. 151. (c) Vid. Stockius, Clav. Ling. Sanctæ, V.
Test. & alii, Lexicographi. (d) Vid. laudati, Jac.
Alting. Exercitac. Grammat. p. 168. ubi hanc vocem,
Talmudicis semper obsecrantis, esse docetur. (e)
Jer. XVIII: 18. Eccl. II: 1. quæ loca, Rabbi S. Ben.
Melech, verbis supra allatis, etiam intendit. (f) In
מְכֻלָּל רַוְוי Commentatio, in loca Selecta, vo-
cesque & res difficilores, S. Scripturæ, Amstelodami
A:o 1545. a mundo condito. (g) Cap. IV. §. 146.
Huc ref. quoque Cl. Stockius, quod ex Clav. ejus L.
S. V. T. p. 460, ad oculum cuique patet.

§. IV.

Excitatis igitur, sic peccatoribus, ut adtende-
rent ad ea, quæ illos docere voluit, hæc dicens,
pergit Propheta: וְאַמְרֵה יְהוָה וְכָבוֹד חָהִיא prius est in fut. Niph. rad. יְבַחֵד, quæ itidem est
טָזֵרָה תְּנַחְיִת & ex communi plerorumque Phi-
lologorum sententia, hic significat, redargutus fuit,
mutuo arguit, disceptavit, (a) Solet nim. explicari,
de actione quadam mutua, ita ut ad DEUM lo-
quentem, hic sermo referatur, talemque designet
disceptionem, ut DEUS semetipsum, etiam ali-
quo modo patiatur argui, si quid quibus cum disce-
ptat, habeant, quod jure desiderent. (b) Sic quo-
que

que Judæorum Doctores, hunc locum iis, quibus
DEUS, cum populo contendere dieitur, ad nume-
rant. Nominatim vero, supra dictus *Ben. Melech*,
de hac voce suam, sequentibus aperit mentem:
ונוכחה עניין ספור הטענות בעל רין עם
וכן שם ישר נוכח עמו ועתם ישראל יתוכחה:
(c) Illam vero expositionem, hoc loco vix ad-
mittendam videtur. si adtentius paulo, ipse consi-
deretur textus. DEUS namque tum Judæos, ad
disceptationem excitans, eam illis daret mox re-
spondionem, gratiosam valde, quæ subsequentibus
הָאָדָם continentur; quum tamen redargutionem huic
antecedere, longe esset convenientius. Ipsum e-
tenim peccatorum misereri, certum uti est; ita
nec minus evictum, requiri omnino prius, ut pœ-
nitentiam agant, & rite se convertant; pertinaces-
que, gratiæ ejus participes esse non posse. Et sic
quidem activa illa vocis hujus significatio, hoc lo-
co erit deserenda, & inquirendum annon depo-
nentalis, vel passiva, quæ ordinaria est Conj. Niph.
talis possit dari, ut conveniens evadat sensus. Ist-
hoc vero agitantibus, ea obcurrit difficultas, quod
ne occurrat quidem, hæc vox in Kal, ex quo for-
mari solet Niphah; quodque dum sermo est de sin-
gularum, in lingua Ebraea Conj. significationibus,
omne verbum, in ea Conj. in qua primo usitatum
esse incipit, significationem Conjugationis Kal, i.
e. simplicem & activam, adsumere, tradant Gram-
matici. (d). Quo etiam pertinent verba hæc Rab-
binorum: כל פעל שלא חמאננו בכנו קל ותמצא

אָוֹתֶן בַּאֲחֵר מִשָּׁאֵר חַבְנָנוּת הַוּרָאתוּ כְּאֵלֶּי הַוּרָאת
 (e). Hæc tamen tanti non est remora, ut
 omnis elabendi præciudatur via. Præterquam e-
 nim quod, tria tantum, statui soleant, a Gramma-
 ticis verba, quæ Activæ, sub forma Niph. habe-
 ant significationem, jam dudum quoque docuit
 nos Celeb. Buxtorfius, Pater, qui teste Aiting, (f)
 libris suis Grammaticis, maxime Thesauro, ob sui
 utilitatem sæpis recuso, palmam successuris, æque
 ac antegressis præripuit; insolens non esse, quod
 passivam significationem, verba formæ Niphal, et
 jam ex alia, præter Kal, Conjugatione Activa, mu-
 tuentur. (g). Nihil itaque סְפִי הַנְּרָאָה obstat,
 quo minus præsenti in casu, deficiente Kal, ex a-
 lia, & quidem Hiphil, quam quærimus, accerse-
 re possimus significationem. Valet autem חַוְבוֹת
 inter alia, *djudicavit, rem decretam significavit*, id
 quod etiam ex sermone Eheseri, servi Abrahami
 Gen. XXIV. satis adparet. Is enim, quum a DEo
 peteret, ut signo a se proposito declararet, quam-
 ran ex virginibus urbis Nachor, destinasset Filio
 Dñi sui, hoc usus est vocabulo, & deinde quoque
 de itinere suo enarrans Bethueli, & domui ejus,
 hæc suo interserit sermoni: הָאִישָׁה אֲשֶׁר הַוְבוֹת
 וְהַוְהָה לְבָנֵי אֶרְדָּנִי: Ex hac itaque, proveniente signi-
 ficatione Passiva, נָוְלָח in Niph. erit ille, *cui*, vel
 in foro, vel alibi, sententia de bono facto, vel
 malo, antea *decreta, proponitur*, vel *qui propositam*
sententiam accipit. Sic Sara, ut unicum exemplum
 soluim addam, dicitur נָכְחָת, quum velamine o-
 culos

eniorum, a Rege Abimelech accepto, sententiam, ab ipso decretam, accepisset. (b) Prono hinc jam alveo, derivatur, talis in futuro vocis significatio: & recipiamus sententiam DEI Judicis, decretam, de pœnitentibus, scilicet. Et tum equidem elegans, ac concinna, hic fluit oratio, Prophetæ, Israëlitæ excitantis, ut pœnitentia acta, sententiam DEI Misericordis, gratiosam, de omnibus resipiscientibus, decretam, audiant. Huic explicationi præter Cl. Salom. Deyling, (i) & Georgium Abicht, (k) favet etjani celebris apud Judæos Abarbanel, qui hunc in modum hac de re, verba facit: רְבָר עַל לִבָּם לְכֹו נָא וְנוֹכָחָה כָּאַלוּ אמר אֶחָיו וּרְעֵי גָּלָךְ עַתָּה וּנְקַבֵּל הַחוֹכָת בְּשׁוֹבְבָנוּ אֶל הַשָּׁסֶן Et paucis interjectis hæc habet: עַצְטוּ עַמָּם דָּרָךְ טוֹסְרָכִי גַם חַנְכִיא אָמַר עַל עַצְטוּ בְּחֻזְקָת הַיּוֹר וּיְסַרֵּט סָלְכָת בְּרוֹן (l) Ex his tandem quoque patet, quod jam supra innuimus, non ad DEUM esse referendam, hanc vocem; sed de seipso, una cum Iudeis, hic esse locutum Jesaiam nostrum. Cum versione LXII. interpretum, qui ἀλεγχθῆμεν habent, hæc convenire, itidem patet; ἀλεγχθεῖ enim non redargutionem solum, sed veritatis quoque demonstrationem Græcis significat, id quod phrasis illorum, ἀλεγάντων τὸν αὐθισμόν τοῦ ἀλεγχτού, quantum satis est, indicat.

(a) Vid. Stockii Cl. L. S. V. T. Joh. Simonis Lexicon Manuale Hebraicum, & Chaldaicum. Buxtorfi Lexicon Ma-

Manuale Hebr. & Chald. Jac. Alting Exercit. & Cam-
peg. Vitringæ Comment. in hunc locum. (b) Stockii
Cl. modo cit. (c) Cfr. Job. XXIII: 7. Mich. VI: 2.
(d) Vid. Joh. Henrici Hottingeri Erotemat. Ling. S.
Lib. I. Cap. IX. (e) Rabbi quidam Jud. Tob. Seph.
Schoresch Jehuda Schaar Happaalim, apud Georg. A-
bicht. (f) In Præf. sua ad Gr. H-br. (g) In lauda-
ti Thes. Lib. I. Cap. XIV. (h) Gen. XX. (i) In
Observ. Sacr. Part. I. XXXII. (k) Cfr. ejus חנוך לְבָנָה שְׁמַן sive Dissertatio de peccatorum coc-
cinorum albedine Lipsia, 1705. (l) Es. VIII: 11.

§. V.

Explicationi modo adlatæ, multum quoque
accedit roboris, ex mox sequenti effito. Monitra-
ta etenim via, gratiam DEI Misericordis ineundi,
& pœnas avertendi, per pœnitentiam, excitatisque
Auditoribus, ut sententiam DEI audiant, dicit di-
vinus noster nuncius: וְאַתָּה וְרוֹה Pierique inter-
pretes in præsenti quidem hoc vertunt, & ad En-
allagen, qua tempus Fut. ponitur, pro Præsenti,
confugiunt. Quum vero, prudenter omnino mo-
neant, Hermeneuticæ Sacræ Scriptores, (a) Enal-
lagen parce, & non nisi constructione, vel ~~רִזְקָה~~
eam evincente, esse ad nittendam; nec defecerint,
qui rationem inierunt, qua pleraque loca S. S. huc
referri solita, absque Enallage, sensu decenti ex-
poni possint: satius omnino erit, eorum insistere
vestigiis, qui ~~רִזְקָה~~ hujus loci, in futuro exponunt,
ita

ita ut ab ordinaria, opus hic non sit, recedere via. Neque enim, ceu jam supra innuimus, potest subsequens illa sententia, gratiae ac misericordiae plena, adnuntiari, nisi iis solum, qui veram jam egerunt poenitentiam. Judæos vero tum jam resipuisse, atque conversos fuisse, quum hæc illis loqueretur Jesaias, nescio quomodo evincere queas. Ptoponi igitur jucunda hæc, atque in futuro, promitti Judæis, satius omnino duxerim, statuere. Initialem autem, hac interpretatione, formulam, dicti DEI Optimi, Maximi, a Propheta adlati, ab ipso effato, per accentum maj. dist. sub voce יְהוָה non objicias sejungi; id enim neque alias, in S. Scriptura est inusitatum. Ut dubias, ab ipsis, accentuationis Ebrææ, explanatoribus, censi propositiones proœmiales, multis jam non referam. (b).

(a) Vid. Rambachii Inst. Herm. Lib. II. Cap. VIII. §. XI. August. Pfeifferi, Thes. Hermeneut. Hypomn. ad Cap. VIII. §. III. Can. LXXXIX. (b) Cfr. Christ. Andr. Buttneri Introd. ad accentuat. Ebr. Cap. I. §. XLII.

§. VI.

Pergendum jam nobis est, ad ipsam DEI, ab interprete, summae ipsius benignitatis, hic anticipatam sententiam, quæ his mellifluis, absolvitur verbis: אֵל כָּלִיל קָשֶׁר כָּלִיל חָטָאת

א ב י א ד י מ ת כ ת ו ל ע כ א מ ר ז ה י : Primum horum,
ad quod adtendere debemus, est שְׁנִים, quod certe
ad atrocitatem peccatorum significandam, aptissi-
mum est. Colore enim coccineo, vix in terris da-
tur aerius. Hinc Poëta, *Magna giganteis ornantur*
pepla topis; Horrida sanguineo pinguntur prælia coc-
co. (a). Competere autem voci huicce, istam
significationem, docent omnino Lexicographi, &
unanimis fere omnium est consensus, rubrum hic
indigitari colorem. Originem suam debet, radici
שְׁנָה iteravit, secundo fecit &c. שְׁנָה וּרוֹד
בְּמַקֵּם זהה וּגְזֶל ait R. S. Ben. Melech. in sin-
gulari est شَنِي term. plur. addita, chir. long. ter-
min. pereunte, quod gentilibus & ordinalibus fere
proprium, in aliis vero rarius fieri solet, (b) ha-
bet شَنِي iterata, sive bis tingla, quod cum Græ-
corum παπληξ adprime convenit, colore in namque
coccinum, iteratum & repetitum fuisse, probabile
omnino est. Lanam enim tam vivido, atque fa-
turo colore, vix tingi potuisse, nisi saepius mersa
fuerit, infectorum, reor, testabitur experientia.
Huc itaque omnibus sic collimantibus, adparet,
quam insulsum sit, atque longe nimis petitum,
Rabbinorum commentum, dum de annis a sex
diebus creationis præterlapsis, nescio quibus,
שְׁנִים hocce, soni & litterarum similitudine
decepti, interpretantur. אֲטָר וְיַצְחָק אַעֲרָך לְחַם
הקרוש ברוך הוא לישר אם יהו חטאיהם
כשנים שזרות. ובאות משׁנָן ומי בראשית וער
Quod explicans Abarbanel dicit:
שיהיו

שיחיו זקניהם בחתאתם שגורלו עליהם והרגלו בהם
 שנים ובית הנה בשוכם אל ה בקהל הטווחת טיר כשלג
 : (c). Hæc vero , quantumcunque fortassis
 speciosa, parum sibi constare, facile quilibet videt.
 Usque ita omnino incongrue dicta prudentioribus
 hæc sunt visa, ut ne quidem ipsos Judæos pro ge-
 nuno & litterali hunc sensum habuisse ; non ad
 litterales explicationes, sed ad jucundas illorum
 meditationes ; ad אגרה, cuius verba sunt טושכים פשט
 הלב non vero ad פשט (d) hæc referenda existi-
 marint. Mitius forte judicium, erit de illa feren-
 dum sententia,qua ש נא ex acuit deducitur,
 (c) ob acutum & igneum, quo eminet color hic-
 ce, splendorem. Unde etiam Græcis ὀξεῖα, dici vo-
 lunt. Quam derivationem eo quidem putant esse
 tutoirem, quod recentioribus demum temporibus,
 coecina fuerint appellata , dibapha. Constat vero
 διπλάξ illud , cuius modo meminimus a 70. interp.
 usurpatum שנה respicere , & præterea , regulis Gram-
 maticis, inductione exemplorum firmatis, non con-
 venire hanc derivationem , inter eos quibus curæ
 sunt Ebrææ deliciæ , satis quoque constat.

- (a) Virg. in Cir. hæc dicit esse, verba Joh. Contr. Dieteri-
 cus Antiquit. Bibl. p. 556. An vero Auctor Ciris
 censeri queat Virgilius , non absque ratione dubitant
 alii. (b) Vid. Buxtorfi Thes. Gr. Lib. I. Cap. IX.
 Alting Fund. punct. Sect. V. §. 103. Mich. Beringer

Grammaticæ Hebr. præcept. ex tabulis Georgii Wein-ganmeiri Cap. XII. Lib. I. M. Valentini Schindlerι שֵׁם הַקְרִיר לְשָׁן קְרֻרוֹק five Inst. Hebraic. Lib. II. (c) Cfr. Deyling. Obs. Sacr. (d) Vid. de hisce, Joh. Buxtorfi Lexicon Chaldaicum, Talmudicum. & Rabbinicum. C. 1295. & 1861. (e) Præter alios etiam Camp. Vitring. in suo Comment. p. 36. hanc derivationem præferendam censet. Et Ioh. Braunius in בְּנֵי כְּהָנוֹת five libr. de Vestitu Sacerdot. Ebræorum Lib. I. Cap. XV. §. CCXV. Ubi potius ignotam, quam ad שְׁבָה referri, vult radicem hujus vocis ; licet suam deriv. legibus Grammaticæ, ceu ipsem fateatur, non congruere, satis deprehenderit,

§. VII.

Alterum illud, quo peccatorum gravitatem exprimit Jesaias, est תַּוְלַע, quod a Cl. Bocharto, & aliis ad וְרַא vorare, deglutire, refertur. Potius vero, a תַּלְעַ quod apud Chald. significat, findere, discerpere, (a) deduci potest. Varie licet verti soleat hæc vox, ab interpretibus, (b) in eo tamen convenient plerique, quod haud secus ac יְנֵש rubrum colorem, hoc loco indigit. Vermem proprie denotat. De dæto autem colore, per metonymiam usurpatur. Ex vermiculo enim rubor, quo tingitur lana, nascitur. Probatum nanque iverunt, modo laudatus Bochartus (c) & alii, ex Plinio, alii-

aliisque, quod sit fructus quidam, coceus in Africa, fere aut Asia nascens, circa fruticem ilicis, instar lenti aut pisi, vel excrescentia quædam, nullum habens pediculum, aut alias ejusmodi partes, sed ipsis ramis arctissime adhærens, cujus succus facilime corruptitur & in vermem mutatur, qui pedibus & exiguis alis, mobilis factus avolat. Ex hac omnino descriptione intelligi potest idem hic intendi animal, quod recentiorum industria inter insecta Hemiptera, sub gen. cocci retulit. (d) Huc pertinent quoque verba חַמְטִי — Ebræorum: כְּתֹולָע אֲבֵי שָׁאוּבָע נָו אֶחָם גְּרֻעִין רָם וּשׁ : כְּלָא אַחֲרֵי תְּהִלָּע — Non igitur tam coloratum, quam potius ipse color, lanam, aliasque res inficiens, hic est concipiendus, ex mente Prophetæ. Per ἔξεργασίας enim, quod dicitur, loquitur; & quum dixisset peccata alba futura, quamvis essent, ut coccina, pergit, & majori cum emphasi adjicit: immo si essent uti vermiculus, ipsa rubra illa materia, quæ rubrum colorem efficit; idem nihilominus erit. Hoc etiam ulterius, ex יְהֹוָה præc. patet. Intensivam enim esse hujus in Hiph. significationem, & per, *admodum rubuerint*, exponi debere, monent Philologi. (e) Rubendi significatum, a plerisque receptam, hic retinendam, licet omnibus non placeat, omnino censemus.

(a) Vid. Lexic. Buxtorfi Chald. Talmud. Rabbin. Cap. 2599. (b) Diversas, multorum versiones, hic recent-

sere nequimus. — Eas enim non capiunt angustæ hæ pagellæ. Facile etiam videri possunt in Bibl. Polyglott: Quod tamē peculiare est, observamus, Arabem שְׁנִי hujus dicti, per נַעֲמָן quod nigredinem notat, & fuliginem; תּוֹלֵעַ vero, per מַרְכָּן quod coccum baphicum, vermiculum cocci, vel ejus succum significat, explicare. Cfr. Lexic. Golii c. 1234. 1894. Etiam apud Judæos per מַרְקָרִי exponi, vide in Comment. R. Ben. Melech. ad h. l. (e) In Hierozoic. Joh. Braun. Lib. I. Cap. XV. Joh. Conr. Dieter. in h. l. Pausanias in Descript. Græciæ, qui Lib. X. inter alia, hæc notatu jam digna, habet: γίνεται δὲ ἀυτὴ μέγαθος μὲν ἡ κόκκῳ, καὶ τὸ ράμφον καλυπτόν, Φύλλα δὲ μελαντερα μὲν καὶ μαλακώτερα ἡ ἡ σχοῖνις. Τὰ μὲν τοις ἄλλα εἰχότα ἔχει τὴν σχοῖνα. ὁ δὲ αὐτῆς καρπὸς ὅμοιός τῷ καρπῷ τῆς σεμίχιας. μέγεθος μὲν ἐτί κατὰ ἔργον. Γίνεται δὲ τοις ἐν τῷ καρπῷ, τῆς κόκκινης βερεχῆς ζήν. Τότος ἐις αφίκετο ἐις τὸν αέρα πεπανθέντος τῷ καρπῷ, πέπτουσα ἀυτίκα, καὶ οὐκέτι κάτωπι Φαίνοισθε αὐτόν. Νῦν δὲ πεσόπερον πέινή τὸ ζῶον κυηθῆσαι, συλλέγεται τῆς κόκκινης καρπού καὶ ἐτίς ἐξοις ἡ βαρφὴ τὸ ἀἷμα τῷ ζῶοι. (d) Cfr. Nobilissimi v. Linné Syst. Nat. Edit. Decim. Tom. I. Class. V. Ord. Hemipt. sub Gen. 201. Coccus. Nob. Caroli De Geer, Tal om nyttan, som insekterne, och deras skärfskädande tillskynda oss. p. 19. 20. Nec non Herrn Hellots Färbe Kunst, oder unterricht wolle, und wollenen zeuge zu färben; 12. Cap. coll. cum

13. Cap. (c) Vit. Stockium, ad hanc vocem; nec non Erpenii Dilherri, R. S. Ben. Melech, aliorumque supra citatorum, opera.

§. VIII.

Adtingenda quoque est paucis, mutatio illa peccatorum, quam vocabulis, כשלג רלבני docet hic, Scriptor Sacer, futuram. Horum utrumque, per se omnino albedinem indigit; Conjuncta vero, perfectissimam innunt. Teste enim Joh. Conr. Dieterico, (a) Ebræi, quo nihil etjam est convenientius, pro candido colore indicando, nivem, lanam, lac, argentum &c. sapis usupare solent. Hinc, dum instar nivis, aliquid dicitur albescere, de summo gradu, id intelligendum esse facile patet. Id quod etjam ex subsequenti רצץ abunde patet. Solent enim hæc duo, etjam alibi in S. S. ἐμφάνισας ἔτενα conjungi. (b). Ut, neque Profanis, hanc inutitatem esse combinationem, verbo solum moneam. (c) Lanam vero albam, tum significari, dudum est observatum. Quod, ut vix a quam in dubium vocari existimamus, ita quoque a Judæis, pro re evicta habitum esse, ex versione illorum Germanica, (d) in qua expresse dicunt: ווְעַדְן זִיא זִיא — אַלְרִישׁ וּוּוֹרִישׁ tuto licet colligere.

- (a) In Lib. supra sap. citato. (b) Ps. CXLVII. v. 16.
 Dan. VII: 9. Ap. I: 14. (c) *Affice quam densum
 tacitarum vellus aquarum defluat, &c.* dicit Martial. de
 Nive, L. IV. Epigr. 3. Cfr. Deyling. Observ. Sacr.
 (d) Quæ prodiit Amstelodami, A:o 1677. Cfr. Georg.
 Abicht Diss. Vid. etjam fæpissime jam cit. R. S. B.
 Melech, qui **כצמר הלבן** ad h. l. expresse mentio-
 nem facit.

§. IX.

Sed neque prætereundum est hic, quoad vo-
 cem, modo paucis explicatam **הלבן**, licet nihil
 difficultatis, in ea viderint interpretes; fuisse ta-
 men viros, Celeberrimi omnino nominis, quorum
 acumini vulgaris heic, non sufficit exponendi ratio.
 De notione albedinis, nullus est dissensus. Is ve-
 ro, quem dicimus, tum demum sese exserit, quum
 fuerit determinandum, quomodo genius Conjugat.
 Hiph. hic sit exprimendus. Hunc vero indagare,
 ἀλεφαστι ἐκ μίας ποιῶν esse, minime putes. Conju-
 gationes enim Ebraeorum, non nudo sono, ut in
 occidentalibus est lingvis, sed & ipso modo signi-
 ficandi, discrepant. Apud plerosque Grammaticos
 (a) dum de Conj. hacce III. quæ **וניסת**
 Ebrais dicitur, est sermo, activam simplicem, sive
 eamdem, quæ solet esse **tau** Kal, in verbis, quæ
 aliis in Conj. non obcurrunt, inculcati videbis,
 quam

quam immanentem s^epe, in verbis præsertim co-
lorem denotantibus, expresse docet, Hottingerus.
(b) Vehementiorem vero atque intensivam esse,
volunt alii. Transitivam, quæ dictæ Conjugationi
propria est, in primis s^epe evanescere putant; quod
etiam nostro in dicto inter præcipua exempla, ad-
legari solito, fieri dicunt. Ab hac vero sententia
discedit, magni nominis in patria nostra Philo-
logus Rever. Episc. JOH. ENGESENH^M, eui ad
palatum sunt, verba Magni Lœscheri, quibus di-
lucide adffirmat, quod Conjugatio verborum actus
transitivi, notet facere, ut actus transitivus fiat,
verborum intransitivorum, præstare; ut actus in-
transitivus fiat; verborum qualitatis vel status, fa-
cere, ut qualitas vel status adsit; paucisque inter-
jectis hunc in modum verba facit: *Non igitur opus*
est us tot exceptionibus, linguam sanctam gravemus,
atque quod vulgo fieri solet, discipulis inculcemus,
conjugationem banc, interdum discedere a natura sua,
& simplicem permissionem, declarationem, intensionem
indicare. (c). Ad horum tenorem, dum explicatur
nostrum וְלֹבִנֵּי hujus erit significacionis: faci-
ent, ut albedo adsit. Atque sic quidem non erit o-
pus, tertiae hic Conj. significationem primæ adju-
dicare, neque metonymiam illam, adjuncti pro sub-
jecto, aut hypallagen, quæ hic inculcari solet, (d)
statuere. Peccata enim, licet in se considerata al-
bescere, suamque naturam mutare nequeant, foeda
quippe semper manent atque abominanda; eo ta-
men redigi possunt, per seriam pœnitentiam, ut

homo sordibus eorum, in tantum liberetur, ut ad-
esse queat albedo, admissa nim. obductione, justi-
tia Christi applicata, quæ albas, de quibus loquitur
S. S. vestes, constituit. (c).

- (s) Vid. præter Alting, Buxtorfium, & alios, Wasmuth,
Hebr. Rest. Reg. XXVII. Valent Schindler. Inst. Hebr.
Lib. II. p. 108. Tarnov. Grammat. Hebr. Bibl. Lib. I.
Art. IV. p. 119. Vilhelm. Schickardi Inst. Ling. Ebr.
Cap. IV. Thomæ Erpenii, Grammat. Ebræa Gen. L.
II. p. 105, 106. & Joh. Mich. Dilherri Peristylium L.
Sancæ Ebr. Reg. III. p. 21. (d) Erotem. Lib. I. Co.
IX. p. 75. (e) Cfr. Grammat. Ejus Hebr. Bibl. seu
Ling. Hebr. Restit. quæ Lundæ Typis Lud. Decraux,
prodiit. (d) Vid. Præter Camp. Vitring. Comment. p.
36. M. Andreæ Pruckneri Comment. Philolog. Theo-
log. Part. III, p. 4. (e) Conf. modo laudat. Gram-
mat. Reverendiss. Dñi Episcopi ENGESENDÖM C.
III. §. X.

§. X.

Alienum denique paucis non erit dicere, de ra-
tione, ob quam peccata hic cum colore coccino,
seu rubedine, remissioque eorum cum albedine con-
ferantur. Variæ licet sint eruditorum, & minime
quidem contempnendæ, de hac re conjecturæ, qui-
bus.

busdam, totam hanc quæstionem, in medio resili-
 quentibus aliis vero, vel sacrificia, adspersiones, & ex-
 piationes Judæorum, in quibus rubri & sangvinei, fre-
 quentissime conspiciebantur colores, vel meretricem
 magnam babyloniam (a) quæ ~~מִצְבָּחַ וְקֹרֶבֶת~~ dicitur
~~מִצְבָּחַ וְקֹרֶבֶת~~ &c. rubro colore respici existimantibus; es-
 se tamen videtur tutissimum, contextui firmiter ad-
 hædere, atque id solum observare, quod jam obser-
 vavit quoque Vitrina, ad ludere scil. Prophetam
 ad ea, quæ in anteced. v. 15. dicta erant, Judæis:
 יְהוָה וְתִים מִלְאָכָה ita enim comparatis, & perverso or-
 dine DEUM, suo modo licet, coletibus, ipsius de-
 negabatur gratia, quam, si seria acta pœnitentia,
 DEUM accederent consecuturos illos promittit; si
 vel sangvinaria & tyrannicæ crudelitatis, essent de-
 licta illorum, si vel maxima essent, & horrenda,
 ita ut a quovis possent observari, quemadmodum
 color coccinus, valde ruber, sub oculos cadens
 ad attentionem homines excitat; quod quidem
 scopo dicti hujus, abundantiam misericordiæ divi-
 nae celebrantis, quam maxime est consentaneum.
 (b) Albedinem vero, signum innocentiae, atque
 puritatis moralis, esse convenientissimum, ut intel-
 ligamus; longa opus non est ratiociniorum serie.
 In Physicis enim quemadmodum mixtionis est ex-
 pers; ita vera quoque & non fucata virtus, at-
 que pietas, eorum quæ normæ, minus conveni-
 unt, est impatiens. (c). Hinc apud gentiles et-
 jam magni æstimatus est hic color, quod inter a-
 lia, de Romanis quoque refert, Henricus Kippin-
 gus. (d).

(a) Ap. XVII: 4. (b) Cfr. David Israel Dimpels Exges-
tische Einleitung in die heilige offenbahrung S:t Johannis:
Judæi, quemadmodum s̄epe alias esse solent ingeniosi;
ita se hic quoque expedient, omnino paucis. Adposi-
tum enim tradunt, בְּוֹם חַבְפּוֹר ad frontem hirci
לִזְאֵל tæniæ quamdam coccineam, in lingvæ simili-
tudinem efformatam, quæ eam ob caussam etiam dicta
erat זָהָרִית שֶׁל לִשְׁן lingua coccinea i. e. par-
ticula lanæ, coccino tincta; nec non ad ostium templi,
quod si sua sponte tum albesceret signum erat populi
peccata remissa esse, juxta eā, quæ sunt in dicto no-
stro. Hinc dici solebat adud illos: שֶׁל לִשְׁן זָהָרִית מִלְבָד Joma Cap. 4. Vid. Buxtorf. Lexic.
Chaldaicum, Talmudicum & Rabbinicum c. 649. &
1162. Fabulis, quibus delectari solent Judæi, hac ad-
numerant plerique, in primis Cl. Deyling, & illo te-
stante, Frischmutius, Seb. Schmidius, Leydeckerus, alii-
que, eo nixi potissimum arguento, quod Scriptura,
lingvæ istiusmodi alligationem, nullibi præcipiat, &
de tanto isthoc miraculo, plane fileat. Fuisse tamen
aceperimus alios, Joh. Henr. Ursinum, Lund'um; & Ju-
rieu, qui rejiciendum Talmud. hoc dogma, non cen-
suerunt. De tempore, cæteroquin, quo cessaverit mi-
raculosum hoc signum, ex mente Judæorum, legi potest
in Hist. quam Cel. Prideaux, de gente hacce scriptam
reliquit. (c) Cfr. varia, quæ hoc pertinent dicta S.
S. apud Braenium Lib. II, Cap. XXVII, præclare de
hac

hac re differentem. (d) Antiquit. Rom. Lib. I, Cap. XI, Lib. IV, Cap. V. Cfr. Psal. LI: 9.

§. XI.

Atque sic quidem ex iis, quæ sparsim, hic sunt brevibus a nobis adlata, adparet speramus, de ineffabili gratia, ac misericordia divina, dicto hocce Jesajæ, dulcius nequidquam dici potuisse, & ad persuadendum aptius, Tanta est hic, de remissione peccatorum adseveratio, ut eam pœnitentia vere acta subsequi, nemo hæc legens, dubitare queat. Reatus peccatorum ob oculos hic sistitur maximus, eum tamen tantum, ut condonari nequirit, esse non posse, docetur. Quod vero, ut eo esse certius, quisque crederet; ex rebus, quæ fieri nequeunt, figura desumpta, cœlestis hæc inculcatur veritas. Lanam coccino sæpius finitam, quis poterit dealbare? Omnem certe hoc superabit fullonum scientiam, & impossibile, merito illis audiet. De ipso autem vermiculo, quo tingitur lana, seu de materia tintoria, quanto id majori, dici queat jure, cuique in aprico est. Licet igitur tam atrocia essent peccata, ut severissimam postularent vindictam, impossibilisque videretur hominibus, eorum remissio, immo si vel plurimorum aliorum fuissent scaturigo, ita ut aliis, scandalum præbuerint, haud secus ac coccinum, non solum

rubro eminet colore, sed alia etiam corpora inficit; nihil tamen minus perfectissime remittentur, atque ita, justus omnino reputetur homo, iis obnoxius, & mundus, æque ac nix & lana, quæ nunquam infecta fuit, ob suam se commendare solet, puritatem. ὃν δὲ πλεόναστον οὐ μάρτυρα, ψηφιστούσιν καὶ χάρακα, hæc perpendens, dices, cum Apostolo. (a). Talem vero gratiam & misericordiam, cuius non exstitit unquam similis, pia ac devota mente venerari omnino convenit. Impervestigabilis enim est, & ineffabilis; quod quidem alia forte occasione pluribus ostendere conabimur. Hæc meditantibus, meminisse vero oportet, sententiæ illius Rabbinicæ:

כל חרוצה לעשות שום רבו
 יאמר אם יגוזר השם ולא אינו לא יצלח
 ואותה ארני אל רחום וחנון (b)
 ארון אפיקו ווב חסר ואמת פנה אליו וחנוני
 ותבה עוז לעבור (c).

אכזר באן אמר

(a) Rom. V: 20. (b) Cfr. I. Cor. IV: 19. & Jac. IV: 16.
 (c) Ps. LXXXVI: 15. 16.

